



oculos vestros, & videte regiones, quia albae sunt jam ad messem. 36. Et qui metit mercedem accipit, & congregat fructum in vitam aeternam, ut & qui seminat, simul gaudeat & qui metit. 37. in hoc enim est verbum verum, quia alius est, qui seminat, & alius est qui metit. 38. Ego misi vos metere quod vos non laborastis: alij laboraverunt, & vos in labores eorum introistis. 39. Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quaecunque feci. 40. Cum venissent ergo ad illum Samaritani, rogaverunt eum ut ibi maneret. Et mansit ibi duos dies. 41. Et multo plures crediderunt propter sermonem ejus. 42. Et mulieri dicebant, quia jam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audivimus, & scimus quia hic est verus Salvator mundi. 43. Post duos autem dies exiit inde: & abiit in Galilaeam. 44. Ipse enim Jesus testimonium perhibuit, quia propheta in sua patria honorem non habet. 45. Cum ergo venisset in Galilaeam, exceperunt eum Galilaei, cum omnia vidissent, quae fecerat in Cana Galilaeae, ubi fecit aquam vinum. Et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. 47. Hic cum audisset quia Jesus adveniret a Judaea in Galilaeam, abiit ad eum, & rogabat eum ut descenderet, & sanaret filium ejus, incipiebat enim mori. 48. Dixit ergo Jesus ad eum: Nisi signa, & prodigia videritis, non creditis. 49. Dicit ad eum regulus, Domine, descende priusquam moriatur filius meus. 50. Dicit ei Jesus, vade filius tuus vivit. Credidit homo sermone, quem dixit ei Jesus, & ibat. 51. Jam autem eo descendente servi occurrerunt ei, & nuntiaverunt dicentes, quia filius ejus viveret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. 52. Et dixerunt ei, quia heri hora septima reliquit eum febris. 53. cognovit ergo pater, quia illa hora erat in qua dixit ei Jesus Filius tuus vivit, & credidit ipse, & domus ejus tota. Hoc iterum secundum signum fecit Jesus, cum venisset a Judaea in Galilaeam



ARGUMENTUM cum Remissionibus,

Primo, Vers. 1. Scribit Evangelista, quod Jesus multos discipulos faciebat, qui baptizabant; Quod explicavi superiori cap. 3, q. 6. Secundo, Vers. 5. Narrat Evangelista colloquium cum Samaritana, quo Christus eam docet Deum adorandum

esse in spiritu, & veritate, seque esse Messiam quod mulier annuntiat in civitate, ex qua multi confluent ad Christum, qui ab ipso convertuntur; quod late, & ample explicavi tom. 2. in Evang. cap. 5. Tertio, Vers. 46. Sanat filium reguli, quo miraculo ipse, & domus ejus tota credidit. Quod expendi tom. 2, in Evang. cap. 6.



CAPUT V.

POST haec erat dies festus Iudaeorum, & ascendit Jesus Ierosolymam. 2. Est autem Ierosolymis Probatica piscina, quae cognominatur Hebraice Bethesda, quinque porticus habens. 3. In his jacebat multitudo magna languentium, caecorum, claudorum, aridorum expectantium aquae morum: 4. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, & movebatur aqua. Et qui prius descendisset in piscinam post motionem aquae sanus fiebat a quacunque detinebatur infirmitate. 5. Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens in infirmitate sua. 6. Hunc cum vidisset Jesus jacentem, & cognovisset, quia jam multum tempus haberet, dixit ei: Vis sanus fieri? Respondit ei languidus, Domine hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit: 8. Dicit ei Jesus: Surge, tolle grabatum tuum & ambula. 9. Et

9. Et statim sanus factus est homo ille, & sustulit grabatum, & ambulabat. Erat autem Sabbathum in die illo. 10. Dicebant ergo Iudaei illi qui sanatus fuerat, Sabbathum est, non licet tibi tollere grabatum tuum. 11. Respondit eis: Qui me sanum fecit, ille mihi dixit. Tolle grabatum tuum, & ambula. 12. Interrogaverunt ergo eum: Quis est ille homo qui dixit tibi, Tolle grabatum tuum & ambula? 13. Is autem qui sanus fuerat effectus, nesciebat quis esset. Jesus enim declinavit a turba constituta in loco. 14. Postea invenit eum Jesus in templo, & dixit illi: ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. 15. Abiit ille homo, & nuntiavit Iudaeis quia Jesus esset qui fecit eum sanum. 16. Propterea persequebantur Iudaei Jesum, quia haec faciebat in Sabbatho. 17. Jesus autem respondit eis, Pater meus usque modo operatur; & ego operor. 18. Propterea ergo magis quaerebant eum Iudaei interficere; quia non solum solvebat Sabbathum, sed Patrem suum dicebat Deum, aequalem se faciens Deo. 19. Respondit itaque Jesus, & dixit eis: Amen amen dico vobis non potest filius a se facere quicquam nisi quod viderit Patrem facientem; quaecunque enim ille fecerit, haec & filius similiter facit. 20. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quae ipse facit, & majora his demonstrabit ei opera, ut vos miremini. 21. Sicut enim Pater suscitavit mortuos, & vivificavit; sic & filius quos vult vivificat. 22. Neque enim Pater judicat quemquam sed omne iudicium dedit filio. 23. Ut omnes honorificent filium, sicut honorificat Patrem, qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem qui misit illum. 24. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam aeternam, & in iudicium non venit: sed transiet a morte in vitam. 25. Amen autem dico vobis, quia venit hora, & nunc est quando mortui audient vocem filij Dei & qui audierint, vivent. 26. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio habere vitam in semetipso. 27. & potestatem dedit ei etiam iudicium facere, quia filius hominis est. 28. Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filij Dei: 29. & procedent qui bona fecerunt in resurrectione vitae: qui vero mala egerunt, in resurrectione iudicii. 30. Non possum ego a meipso facere quicquam. Sicut audio iudico, & iudicium meum iustum est, quia non quaero voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me. 31. Si ergo testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum non est verum. 32. Alius est qui testimonium perhibet de me: & scio quia verum est testimonium ejus, quod perhibet de me. 33. Vos misistis ad Joannem: & testimonium perhibuit veritati. 34. Ego autem non ab homine testimonium accipio: sed haec dico ut vos salvati sitis. 35. Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos autem voluistis ad horam exultare in luce ejus. 36. Ego autem habeo testimonium majus Joanne. Opera enim quae dedit Pater ut perficiam ea: ipsa opera quae ego facio testimonium perhibent de me, quia Pater misit me. 37. Et qui misit me Pater, ipse testimonium perhibuit de me: neque vocem ejus unquam audistis, neque speciem ejus vidistis. 38. Et verbum ejus non habetis in vobis manens, quia quem misit ille, huic vos non creditis. 39. Scrutamini Scripturas, quia vos putatis in ipsis vitam aeternam habere: & illae sunt, quae testimonium perhibent de me. 40. Et nunc vultis venire ad me ut vitam habeatis. 41. Claritatem ab hominibus non accipio. 42. Sed cognovi vos quia dilectionem dei non habetis in vobis. 43. Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me: si alius venerit in nomine meo, illum accipietis. 44. Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab invicem accipitis, & gloriam, quae a solo deo est, non quaeritis? 45. Nolite putare quia ego accusaturus sum vos apud Patrem, est qui accusat vos, Moyses in quo vos speratis. 46. Si enim crederetis Moysi, crederetis, forsitan & mihi: de me enim ille scripsit. 47. Si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis credetis?

ARGUMENTUM cum Remissionibus,

Primo, Vers. 1. Christus ad probaticam Piscinam sanat aegrum paralyticum per triginta octo annos. De quo dixi tom. 3. in Evangel. cap. 1

& infra aliquid dicam. Secundo, vers. 19. Iudaeis calumniantibus quod ipse die Sabbathi curasset, Respondet se omnia cum Patre operari, omniaque illius auctoritate facere, a quo omnium iudex est constitutus, &

inde licitum esse agrum Sabbatho sanare. De quibus omnibus dixi tom. 3. cap. 2.

Tertio, Vers. 33. Tribus testimoniis probat se esse Messiam. Primo, testimonio Joannis Baptistae: Secundo, testimonio priorum operum, & miraculorum: Tertio, testimonio Moysis. Quod expendi citato cap. 2. aq. 11.

Paralyticus in Piscina.

QUÆSTIO I.

Quare Angelo movente aquas unum tantum sanabatur?

1. Textus. I T Evangelista in presenti: Erat dies festus Iudaorum; est autem Ierosolymis probatica piscina: De hoc magno Christi miraculo egi tom. 3. in Evangel. c. 1. per 28. quæstiones. Nunc quærimus: Quare ex tot languentibus cum aquæ moverentur ab Angelo unus tantum sanabatur, qui ad aquas descendebat: quia solum per aquas penitentia salus acquiritur. De quo plura dixi multis in locis. Ad quæstionem.

2. Primò: Qui prior descendebat in piscinam post aqua motionem, sanus fiebat. Utramque Textus miscet operam Angeli, & hominis, ut salute integra consistat, iuvanda enim Dei manus manu hominis. Magnus militum princeps Josue cum bellum ordinaret, ad capiendam Jerico, mittit exploratores, qui terebant circum & inspicere, ut inde revertentes in castra renuntiarent, quæ ex loci munitionibus deprehendissent. Cap. 2. n. 1. dicitur: Misi Josue duos viros exploratores in abscondito. Prudentissimè Josue silentium exploratoribus imperat, ne re manifestata totum negotium periret, tamen superflua, ac inepta videatur cura explorandi terram, cum princeps de magno Dei auxilio esset certus, ac de felici eventu securus; hoc enim deus Josue promissit cap. 1. n. 9. Confortare & esto robustus: noli meture, & noli timere, quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcunque perrexeris: Ter magnus dux hoc loco confortatur à deo, ut patet ex Textu; tamen ipse bene conficius divinatam rerum, suam coram interponit, & sui quod est officij præstat ad felicem rei eventum, Rupert. lib. 1. in Josue cap. 10. ait. Non ergo quisquam in ullo negotio tantum de celestibus presumeret præstidius, ut non etiam ipse suis prior ad sit vigilando proprii facultate ingenii, & laborando proportionem: Quamvis enim Deus suam promittit opem, tuam non excludit operam.

3. Unus sanabatur movente Angelo aquas, unus tantum sanabatur; at de uno Jesu, illiusque aquis, omnes salutem haurire possunt:

Omnes sumentes venite ad aquas. Isai. 55. n. 1. Postquam Pharaon constituit Ioseph Principem, ac Isai. 55. Governatorem Egypti: Verit nomen eius, & vocavit eum (lingua Egyptiaca) Salvatorem. Gen. 41. Gen. 4. n. 45. At Iesus natus lingua Angelica, quæ est omnium universalissima vocatur Salvator; & ait Angelus pastoribus: & dixit illis Angelus: ecce Evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo; quia natus est vobis Salvator, qui est Christus Dominus. Luc. 2. n. 11. Ioseph dicitur Salvator lingua Egyptiaca; Iesus lingua Angelica; ille ut homo, & minister uni tantum populo erat salus; at Iesus universo mundo, & inde voce Angelica, quæ in toto orbe resonat, ac sonat, & inde cum annuntiat ait Angelus Annuntio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: D. Bonaventura ibi: Quod erit omni populo. Et hoc ad differentiam gaudiorum mundanorum, quod non est universale. Vide Luc. 2. q. 3. n. 18. & 19. & Luc. 44. p. 1. n. 5.

Tertio: Valdè notandum, quòd ut unus sanaretur, magnà moles aquarum erat movenda ab Angelo: At verò modo in baptismo modica aqua sufficiens est ad salutem plurimorum: Quod ponderat Tertullian. lib. de Baptismo ubi ait: Proficiente in hominibus gratia Dei plus aqua, & Angelis accessit, qui vicia corporis remediabant; nunc spiritum medentur, qui temporalem operantur salutem, nunc æternam reformat, qui unum semel in anno liberabant, nunc quotidie populos conservant. Cur ergo modo parva aqua si sanat, quando tunc tanta aquarum copia requirebatur, ut unus sanitatem reciperet. Tunc Angelus movebat Aquas, nunc Deus præsens est in aquis, & quæ à Deo veniunt, et si minuta, veluti parva guttula, ingentes virtutum cumulos parturiunt, ac per multos diffunduntur; Qui unum semel in anno liberabant, nunc quotidie populos conservant.

4. Urgente fame, cum filij Jacob descenderent in Egyptum ut triticum compararent, cumque eo alportato, pervenirent in domum Patris; cumque suos saccos aperirent; Et frumenta effunderent, singuli repererunt in ore sacco rum ligatas pecunias: Gen. 42. n. 35. Cumque iterum revertenterent in Egyptum, secum duplicem pecuniam ferunt, & id quod contigerat narrat dispensatori domus, ne quid mali ac furti in eis suspicaretur, quibus ille respondit Pax vobiscum, nolite timere: Deus vester, & Dei patris vestri: dedit vobis thesauros in saccis vestris. Gen. 43. n. 23. Unde fieri potuit, quòd parva pecunia posita in ore sacco rum, & ab eis inventa, bonus homo thesauros nominet: Dedit vobis thesauros: Illa pecunia parva erat, cum pro comparando pane esset persolvenda: Thesaurus autem magnam rerum copiam denotat: Cor ego parvam pecuniam thesauros dicit? Asserebat homo pecuniam esse datam à Deo; merito ergo thesauros nuncupat. Philo lib. de Joseph: Cum invenissent Deo propitio, etiam impluisse in saccos pecuniam: Quælibet minima, quæ à Deo veniunt ingentes afferunt divitias.

5. Cum dives avarus cruciaretur in gehennalibus flammis clamabat ad Abraham: Mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma: Luc. 16. n. 24. Miser refrigerium

gerium quærebat in sempiternis ardoribus & illud exp. et ab extremo digitulo Lazari intincto in aqua: Et cur in tam æternis, ac perpetuis cruciatibus levamen, ac refrigerium exquirebat à tam exigua, ac parva aquæ portione? Quod digitulus in tanta tormentorum mole poterat levamen, ac refrigerium distillare? D. August. apud Catenam D. Thomæ, ait: Extremum digiti vel minimam operationem significat, quæ per Spiritum Sanctum subvenitur: digitus quem dives avarus exoptabat, virtus erat Spiritus Sancti, & quidquid minimum, & tantillum sit, veniens à virtute Spiritus Sancti, potest totum inferni incendium levare, ac refrigerium illi afferre.

Minimum Di potest levamen dare omnibus tormentis. D. August.

Luc. 2. A solo Iesu salus universis.

D. Bonav.

Tertul.

Parva venientia à Deo ingentes fructus germinant.

Gen. 42.

Gen. 43. Quælibet Dei minima, secum afferunt magnas divitias.

Philo.

Luc. 16.

QUÆSTIO II.

Quare Christus D. non rogatus rogat Paralyticum, Vis sanus fieri?

7. Textus.

Thren. 1.

Adversus fortuna viri schola.

D. Paschal. Psal. 77.

Hebraus.

Num. 11.

Cassian.

3.

D. Cyrill.

Eccles. 5.

8. Scribit Evangelista, quòd erat ibi homo trisita & octo annos habens in infirmitate: Erat tot annis homo morbo premitur? Quia frequenter mala fortuna virtutis est Schola. Exclamat Jeremias Thren. 2. n. 4. Tendit arcum suum, quasi hostis effudit iram suam, quomodo tam seva indignatio in populum sibi maxime dilectum, de quo dicebat: Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei: Quomodo tanta dilectio in tantum foretorem vera est, ut dicatur, tanquam inimicus, & hostis? Pro quo nota quòd non ait: retendit arcum inimicus, & hostis, sed, quasi inimicus, & quasi hostis: Quia quamvis in præparando arcu, & effundendo iram videret inimicus revera non erat inimicus, nec hostis, sed quasi inimicus, cum in rei veritate esset Pater flagellans: ut ad vitam & salutem induceret Ibi D. Paschal. lib. 2. De Synagoga ad Deum flagellata reseat. Hinc D. vid. Pl. 77. n. 4. canit: Cum occideret eos, quærebant & revertebantur, & delinuo veniebant ad eum. Hebraus habet: non statim mane exurgentes ascenderunt ad eum. Qui in felicitate, ac prosperitate contra Deum obmurmurabant de Manna: Anima nostra naufragat super cibo isto levissimo. Num. 11. n. 5. At verò percussi flagellati, ac vexati, statim mane surgentes ad Deum veniebant, & ipsum quærebant. Unde ait Cassian. collat. 3. cap. 41. Propter quam ad Deum, quem sequi in rerum prosperitate contempsimus, saltem in viti proferare compellimur.

9. Ad quæstionem, ait Dominus paralytico: Vis sanus fieri? Non expectat Dominus, ut infirmus, postulet, ac roget, sed ipse non rogatus rogat, N. D. Cyrill. in Joan. sic ait: Magnum misericordie Christi est argumentum, non expectare semper laborantium preces, sed sua misericordia prævenire. Vocales preces non semper Christus expectat, quia ipsa infirmitas, ipsa calamitas, ipsaque miseria apud Christi misericordiam precaria est, & silenter loquitur. Ait Ecc. 5. a. 1. Ne temerè quid loquaris, neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem coram Deo. Maxime cor à Scriptura clamat, ut in necessitatibus elamemus ad Deum, ad ipsumque orationem tanquam ad sacram anchoram confugiamus: Sylveira in Evang. Tom. VI.

Quomodo ergo nunc Ecclesiastes non commendat, ut cor nostrum non sit velox coram Deo ad loquendum, ac exorandum? & notandum quòd non ait, neque lingua tua sit velox, sed neque cor tuum sit velox ad proferendum sermonem. Quia quamvis non solum lingua, sed etiam cor tuum sit velox ad deprecandum, velocior est ipsa necessitas ad clamandum, ut misericordiam impetret ipsa miseriarum vox, lingua, ac corde tacito maxime deprecaria est: Unde recte ait Tertull. lib. 4. adversus Marc. c. 12. Tanquam de paralytico loquens, Humanam apponit necessitatem, tanquam deprecariam: Ac si ubi humana necessitas deprecaretur, nil aliud exquiratur. Vide supra Joan. 2. q. 2. n. 6. & 7.

Ipsa necessitas maxime clamat, & deprecari est.

Tertulla.

D. Cyrill.

Cassiodor.

Psal. 40. Beatus dicitur super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus: Non ait: qui rogantem audit pauperem, sed qui non rogatus pauperis inopiam intelligit, ad præstandum illi opportune subsidium. Hanc pauperum intelligentiam maxime extollit D. Ambrosius lib. 2. Officior. cap. 15. dum ait Non enim solas aures præbere debemus audienti, precantium voci, sed etiam oculos considerandis necessitatibus, plus clamant operatori bono debitas, quam vox pauperis. Videndus est ille, qui se non videt, requirendus ille, qui erubescit videri. Ille etiam clausus in carcere occurrat tibi, ille affectus agitudine mentem tuam peronet, qui aures non potest. Ut quis magnam beatitudinem impetret, ut in die tremenda non timeat, sed liberet eum Dominus ab ira mala; non tantum voces pauperum audiat, sed etiam eorum inopiam intelligens, ad eam intendat: Unde ipse Regius Vates ipsam Domini clementiam nobis in exemplum proponit. Psal. 10. n. 20. Desiderium pauperum exaudivit Dominus, preparavit cor eorum, audivit aures tuas. Non voces, sed desiderium, non solum desiderium, sed præparationem, & dispositionem ad petendum audivit Dominus. Vide sup. Joan. 2. q. 3. n. 20. 21.

10. Tertio: Vis sanus fieri? Videtur superflua interrogatio & importuna quæsitum Quis enim morbo gravatus est, qui sanitatem maxime non exoptet? Interrogat tamen Christus, ut liquidè pateat hominum conditio, qui assiduo malo ita quiescunt, ut ipsi malum sit mali solatium ejusque persistencia sit eorum consolatio, ac levamen. Unde dicit Seneca ad Helviam c. 2. Unum habet assidua infelicitas boni, quos saepe vexat, non solum invidiat. Erant Hebraei in Egypto tanquam in fornace ferrea sub dura captivitate ac veluti ergastulo coquentes lateres sub crudeli flagello: tamen Deo operante per multa mirabilia datur eis libertas à Pharaone, ut exeant de terra: At Hebraei valdè morose, ac lente se habent, ita ut dicatur: Ur-

10.

Seneca.

Exod. 12. H. brazus.

gebant Aegyptii populum de terra exire veloci- ter: Exod. 12. n. 33. Hebraeus habet: Invaluit Aegyptus, apprehendit Hebraeos, ac superavit. Sic tenaciter adhaerebat populus Aegyptio, ut vi, & impulsu vehementi extrudendus fuit ex loco: quid mirabilis! Cur non velociter, ac pedibus perniciosus currunt, cum exeant ex immani ac continuo labore, sudore, ac captivitate, adepta libertate, qua nihil gratius est hominibus, & abeant in terram ac patriam suorum majorem fluentem lac & mel; & tamen tanquam invitum nolunt excutere jugum, & tot bonis frui: Sic affecti, ac addicti erant suo labori, ac miserae captivitati, ut ex ipsa consuetudine suavis sit illi vivendi modus, & potius mallent servitutem in illa summa aerumna ferre, quam in libertate cum melle & lacte delectari.

Dolorem mi- nus dolor assumis.

11.

Ingressus Christus in Synagogam in qua ipse fecerat multa miracula, erat ibi homo mendicans, habens manum aridam, cumque mandat Dominus surgere, ut in medio ponatur, deindeque ipsum interrogat in rebus magnis: Valde mirum sane; quod videns & cognoscens homo iste multa, & magna miracula, quae Christus faciebat, & quod ipse erat, cum quo tam benigne loquebatur, in ipsumque oculos suos intendebat, non postulat tamen ab ipso sanitatem in manu sua arida; sed Christus ex sua infinita pietate ait illi: *Extende manum tuam, & restituta est manus illi*: Marc. 3. n. 5. Tamen valde mirabile est, quod homo iste videns, & agnoscens Christi potentiam, pro sanitate manus suae non deprecetur. Mihi nunc est ratio, quia de morbi incommodo commodum reportabat; & maluit manum aridam ad mendicandum, quam manum extensam ad laborandum. D. Athanasius, homilia de semine: Ac si Christus dicat: *Surges, neque per occasionem manus aridae mendicabam, sed illam recuperans sanam: jam deinceps operare*. Fortè homo iste bene suo cum morbo convenerat, ut sine labore nummos cogeret, quos adepta sanitate cum labore debebat comparare.

Marc. 3.

Sanitatem pauper non perit negetur laborare. D. Athanasius.

QUAESTIO III.

Quare dum languidus interrogatur à Christo, an sanus velit fieri; ipse respondit quod hominem non habebat?

12.

Ait Christus D. Paralytico: *Vis sanus fieri?* Respondet ipse: *Domine, hominem non habeo*: de quo dixi citato c. 1. q. 15. 16. & 17: Et non mirum sane; quia cum homo esset pauper diuturno modo laborans, ab omnibus delituebatur; quia ut ait Iulianus lib. 5. *Eo enim favor, quo se fortuna inclinat*.

Infinus.

13.

Primo, ad quaestionem: Christus interrogat hominem: *Vis sanus fieri?* Ipse respondit: *Hominem non habeo*: Valde inconsequens videtur responso: nam ad interrogationem vera & opportuna responsio erat, *velo, vel nolo sanus fieri*. Sed quid facit ad rem, *Hominem non habeo*? seu ut ait Hugo: *Ministrum non habeo*: qui se, dula nepe, ac opportuna ope mihi subveniat, indeque his indicat jam omnem spem obtinen-

Hugo.

da salutis deposuisse, cum experientia tot annorum deprehendat, se nullum habere patronum, sed ab omnibus neglectus sit; & inde nulla recuperanda salutis fiducia ei superest, cum hominem non habeat seu ministrum, impeditur enim à potentiorebus praevenitur: Ait Hugo: Qui patronum non habet, nihil speret, sed semper neglectus jaceat. Exhortans Christus suos discipulos ad parvos, & pusillos honorandos, & non contemendos, ait illis: *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis*; *Dico enim vobis, quod Angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris mei*. Math. 18. n. 10. Cum commune sit omnibus beatis Angelis Deum videre, insigniter dicitur de Angelis parvulorum tutelariis quod vident faciem Patris in caelis: per quod denotatur, quod tales Angeli sint ex primis, nobilioribus, ac propinquioribus Deo, ut cum communi sententia ex D. Chryso. dixi tom. 4. c. 10. q. 1. n. 09. ut ex his quisque instruat, parvulos, ac humiles non contemnere, sed in magno pretio habere, cum habent praecarios patronos, ac tutelares, qui eorum causas agant, negotia pertractent, ac pro eis loquantur. Negotia: Ait Salomon prov. 30. n. 28. *Stellio manibus nititur, & moratur in cubus regis*. Stellio parvum, & exiguum animal, ut observant Aristoteles lib. 6. Historiae Animal. c. 1. Plinius lib. 11. c. 26. nullas habet alas & tamen habitat in domibus regum. Cur non potius in talibus magnificis Palatiis constituit suum habitaculum Aquila, quae praepetes habet alas ad volandum? Stellio, etsi parvum sit animal, & incipit ad volandum, tamen obtinet sui sustentaculum, cui innititur, & ahaereat, & inde in amplissimis ac altissimis regalibus aedibus refidet, à quibus exulat Aquila, etsi à natura aliis donata sit cum sui fulcimento, cui adhaereat, careat. Huic cogitationi faver D. Gregor. lib. 9. Moral. cap. 5. ubi ait: *Stellio manibus nititur, plerumque enim aves, quas ad volandum penna sublevar, in vepribus residens. Stellio, qui ad volatum pennas non habet, nitens manibus regis adificium tenet*. Aquila, seu aves, quas ad volandum penna sublevar, cum non habeant sui fulcimentum, in quo enitantur per sylvestria, & agrestia in vepribus resident. At stellio, qui ex sui conditione ad volatum pennas non habet, cum sui sustentaculo gaudeat, ut ad superna incedat; nitens manibus regis adificium tenet.

Qui patronum non habet contemnitur, & nihil sperat.

Math. 18.

Prov. 30.

Aristot. Plinius.

Cum sustentaculo parvus volans sine illo magnus deprimetur.

D. Gregor.

14.

Secundo, dura ait Paralyticus: *Hominem non habeo*: de communi malo conqueritur; nam alij, qui in piscina extabant pauperes, & mendici, cum essent, sibi metipsis homines erant hominumque vices sibi praestabant, ut ad sanitatem aquarum concurrerent; nam si variis morbis tenebantur, gressibus suis ibant: *Alius ante me descendit*: si claudi baculo innixi utcumque movebantur; si caeci palpando, ac ligneo fulcimento ibant; At paralyticus sibi metipsum non erat homo, nec vices hominis sibi praestare poterat; nam paralyticus quàm membra torpebant, illorum usum impediabat hominemque sibi ipsi inutilem reddebat. Ecce summa hominis miseria, quod nulli sibi possit praestare auxilium, nullaque industria sibi subvenire; & ideo forte ex magna multitudine languentium, qui in piscina jacebant, ad hunc maxime se inclinavit pietas Christi, quia nec ab aliis adjuvamen habebat, nec ipse sibi metipsum poterat

Praclarum elogium subvenite misero, qui sibi subvenire non valet.

Gen. 28.

Gen. 32. Gen. 46.

D. Ambrosius.

15.

Diuturna vexatio sic animos prosterne, ut nil boni, sed omne malum meditentur.

Gen. 40.

Abulensis.

Judic. 13.

poterat. Cum Jacob iter faceret in Mesopotamiam, noctis jam tempore jacet humi somno deditus. *Vidit in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens caelum; Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scale*: Genes. 28. n. 12. Valde celebris est haec visio inter ceteras; quae habentur in veteri testamento: Et cur visio tot & tantis mysteriis abundans sit in somnis; cur non in vigilia ut multoties Deus aliàs apparuit ipsi Jacob; ut Genes. 32. n. 24. & Gen. 46. n. 3. Cur ergo tam magnifica visio in qua Deus apparet, & ipsum caelum inclinatur, & Angeli tanquam nuntij ascendunt, & descendunt, non conceditur Jacobo vigilanti, sed dormienti? D. Ambrosius lib. de Jacob ait: *Necessarius igitur Deus adesse dormientibus, quia dormientes sibi adesse non possunt*. Jacob vigilans praesto sibi poterat subvenire in his, quae ad ipsum spectabant, & ei necessaria erant; at dormiens, sopitis omnibus facultatibus, tanquam ab illis destitutus sibi adesse, ac providere non poterat: & inde Deus non vigilanti, sed dormienti levamen, ac adjuvamen exhibet: *Quia dormientes sibi adesse non possunt*.

uxorem ait: *Morte moriemur, quia vidimus Assidua calamitas potuit homini in mentem venire. Angelus denuntiabat filium magnum, & virtute illustrem, quod maxime ad levamen, & consolationem spectabat; deinde agnovit Angelum Sanctum, & bonum Domini qui mentiri non poterat, nulli ex his acquiescens mortem timet, & eam sibi sperat, sic captivitate, ac jugo Philistinorum erat animus tribulatus, ac depressus, ut etiam cum aperta evidentiā, ac testimonio angelico non quiesceret, sed omne infaustum, ac calamitosum cum ingenti mortis terrore timeret. Perbelle D. Ambrosius Episto. la 70. ait: *Daturna injuria longa subjectionis, uerum depressa Hebraeorum paupertas, ut nulli virili ingenio ad libertatem tollere audeat. Labor, vexatio, & injuria ita animos frangunt, ac prosternunt ut nil laboris meditentur. Sed omnia in sinistram partem interpretantur.**

D. Ambrosius.

QUAESTIO IV.

Quare languido mandas Dominus tollere grabatum suum?

Videns Christus Dominus suam infinitam pietate summam hominis miseriam, ait illi: *Surge, tolle grabatum tuum, & ambula*: de quo dixi citato cap. 1. q. 18. 19. & 20. Nunc breviter ex ibi dictis Nota, quod prius hominem sanat, eique salutem confert, quàm imponat curam ferendi lectulum; prior est Christus in largiendo, quàm in jubendo, ut facilius alliciat ad obsequium. Praecipit Deus Adamo: *Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientiae boni & mali ne comedas*: Gen. 2. n. 16. magnifica largitate multa & ampla concedit prius; deinde praecipit unum interdicit. Bernard. ferm. 2. de Christo Circumciso; nec à D. Bernardo distat Repertus lib. 2. in Genes. cap. 30. ubi sit ait: *Magna largitas donorum, & non grave largitoris mandatum. Levis in tanta copia fuisset continentia si non fuisset continentia dux benevolentia*.

17.

Principi prius sit in largiendo, quàm imponendo paradiſi comede: de ligno autem scientiae boni & mali ne comedas: Gen. 2. n. 16. magnifica largitate multa & ampla concedit prius; deinde praecipit unum interdicit. Bernard.

D. Bernardus.

Super.

Ad quaestionem primam: Cur paralytico qui modò à languore surrexerat tam grave ac ponderosum onus imponitur, ut ferat grabatum; in quo modò infirmus requiescebat; paralyticus est peccatorum solum, ut factis vulgare est, eique dicitur per penitentiam surgere, & etiam simul, ut lectulo suae infirmitatis gravetur, ac prematur; quod post D. Gregorium datum citata Quaestione 20. notat Cardinalis Hugo, & ait: *Surge à peccatis recedendo. Tolle grabatum tuum, delectationem peccati in omni penitentia aperte convertendo*. O magna penitentiae idea quam nobis Christus hic proponit! Lectulus in quo peccator quiescens jucundabatur, ac delictabatur, ubi primum per penitentiam à peccatis recedit, ac ad Deum convertitur; grabatum, quod erat delectationis solum in molesto, ac pergrave onus vertitur; ut quod olim infervierat ad delectationis iritamentum sit accubitus totius gravaminis, ac doloris exci-

Hugo.

Penitenti, quod servit rat ad peccatum, est ad dolorem.

Judic. 13. n. 1. scribitur: *Rursum filii Israel fecerunt malum in conspectu Domini, qui tradidit eos in manus Philistinorum quadraginta annis*: Dum ergo sub jugo Philistinorum tenebatur Israelitae quadraginta annis; interea apparet Angelus Manue annuntians Samsonis nativitatem, filiumque magnum, ac praclarum ei promittens. Quid tunc; Manue clamans ad *Sylvestra in Evang. Tom. VI.*